



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Disquisitionvm Magicarvm Libri Sex

Delrío, Martín Antonio

Mogvntiae, 1624

Sectio XIII. De purgatione Canonica.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62472)

dem in dicta heresi & secta, offerenda prædictis iudicibus abur ationem) & commendavit se suppliciter precibus assistentium. Denique fuerunt illi impacti cōpedes ferrei, & deductus in fossam: ut ibi per pœnitentiam elueret nefaria & horrenda peccata quæ commiserat.] hætenus Monstreletus. Quoad formulas abiurandi varias inuenias, vnam in cā ego Berengarius de consec. dist. 2. aliam sess. 19. conent. Constantiensis, aliam apud Turrecrema. lib. 4. de Eccles. p. 2. c. 22. aliā apud Alf. à Castro l. 1. de iust. heret. punit. cap. vltim. alias apud Sprenger. d. p. 3. distinctas pro quorum suspitionis gradu q. 23. 24. 25.

SECTIO XIII.

De purgatione Canonica.

NN.
Rainer.
Godofred
vlt. verb
Purgat.
q. 15.
c. c. ex c. 6
canonica
mas i. in
pr. de hæ
ret.

via prazi
q. 14. n. 13

Inq. Pæ
Falcian
cap. 4.

PURGATIO Canonica vocatur, de obiecto crimine innocentiæ ostensio secundū sacros canones facta ac hanc etiam reo deferendam leui tantum suspitione liberanti voluit Sprenger. b. censens suspitione notabiles vocari à Pontifice illos, qui quavis suspitione laborant: quæ etiam est opinio Archidiaconi. Quare nutat apud me dictum, saltem modus loquendi, Simancæ, volentis non esse deueniendum ad hanc purgationem, nisi cum reus publica laborat infamia, & simul crimen plene probari nequit; ea tantum ratione, quia si crimen plene probetur, damnari; si infamia non laboret publica, absolui debeat. contra enim quis inferat: si infamia publica laboret torquendum (iuxta alibi dicta) si crimen plene nequit probari, tunc propter infamiam, vel suspitionem debere vel abiurare, vel se expurgare. Sed de infamia assentior Simancæ; hæc sufficere ad expurgationē

A quando crimen amplius probari nequit: & accusator deficit in probatione, ut bene Clar. q. 63. n. 4. Non assentio, si omnem suspitionem excludat. Sed bene est, quod postea d. etiam vehementē suspitionem admittit & totū id, quādo facienda purgatio, quando non, iudicis recto arbitrio permittit, habituro personæ, & circumstantiarum aliarum rationem. Expurgatorum quoq; numerus ab eodem arbitrio dependet, ut & qualitas personarum, an eiusdem, an æqualis cum reo conditionis, an inferioris: Viles personæ non sunt onerandæ purgatione Canonica, nisi illæ sponte se offerant, & dicant se posse inuenire idoneos qui expurgēt, & tum possent mediocres etiam si non plane boni, admitti. Qui, cum vilis persona non sit (nam vilis potius esset torquendus) ad arbitrium iudicis non vult se purgare, si præsens sit, statim potest, ut contumax & cōuictus, puniri. Qui in purgatione deficit, pro conuicto habetur, ut bene Siman. quem vide recte prosequentem hanc materiam toto illo c. 54. cur adde Clarum supra & Menoc. l. 2. de arb. iud. cas. 274. De vulgaribus purgationibus egimus in de sortilegys iudici artu. l. 3. formulam sententiæ purgationis habes apud Spreng. q. 21. vbi etiam ritus omnes & materiam bene discutit, & adde tit. de purgatione Canonica in Decretal. & quæ dixi supr. 3.

d num. 5.
ex Decio.

Simanc.
supra n. 8.

SECTIO XIV.

De absolutione.



ABOLVTIO impendenda, quando vel reus obiecta crimina diluit, vel accusator ea non probauit: non nunquam id ab accusatione tota, non nunquam ab instantia iudicij: non nunquam sub fideiussione prout iudicij

OO

videbitur